

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1258 - 1259

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

volumus etiam, ut, si qui nostrum aliquid inpetrauerit^a, id iuribus careat et effectu ac tamquam fidei violator iudicetur et perjurus. nec recipiemus in canonicum nostrum aliquem, nisi idem statutum predictum se juret observaturum et pro viribus defensurum. nos H[einricus] dei gracia episcopus totumque capitulum Argentinense
 5 presenti statuto consentimus et in evidentiam premissorum sigilla nostra una cum sigillo capituli sancti Thome et prelatorum in presentibus litteris contentorum fecimus appendi. actum anno et mense prenotatis.

*T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 2 (statuts) or. mb. c. 4 sig. pend.
 Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 318 nr. 41.*

10 **431.** *Friedrich der Abt und der Convent des Klosters Marbach verlehnen dem Straßburger Bürger Hugo Loselin Gartenland zu Königshofen. 1258.*

Nos Fridericus miseratione divina abbas et conventus monasterii Marbacensis ordinis sancti Augustini Basiliensis diocesis universis et singulis presentium inspectoribus volumus esse notum, quod nos, communi tractatu et provida deliberatione
 15 prehabita, unanimi consensu concessimus et concedimus Hugoni dicto Loselin civi Argentinensi suisque heredibus sive successoribus aream sive ortum nostri monasterii, quem quandoque tenuit a nobis quidam cognomine Episcopus, situm Kunigeshoven apud sanctum Gallum versus pratum contiguum curie dicti Hugonis in perpetuum sub annuo censu decem uncearum Argentinensis monete. quem censum ipse Hugo
 20 et heredes sui nostro monasterio in perpetuum dare et solvere tenentur annis singulis, scilicet in festo beati Martini quinque unceas et in festo beati Johannis baptiste reliquas quinque. promittimus etiam, quod contra hanc concessionem nullatenus veniemus nec infringemus eandem, sed ratam et gratam habebimus. et ad hoc nos et nostros successores presentibus obligamus. et in evidentiam ac
 25 probationem premissorum sibi tradimus presentes literas nostrorum sigillorum munimine roboratas. actum et datum anno domini 1258.

*Nov. 11
 Juni 21*

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 4789 or. mb. c. 2 sig. pend.

432. *Der Ritter Arnold Kind und seine Gemahlin Uta verkaufen dem Kloster Steigen ihre Güter zu Osthofen für 70 Mark Silber. 1259 Februar 9 Straßburg.*

30 Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego Arnoldus miles dictus Kint et ego Ūta uxor ipsius legitima, habita inter nos deliberatione bona, consensu unanimi de consilio amicorum nostrorum fidelium vendidimus recte et rationabiliter omnia bona nostra sita in banno et villa Osthoven, videlicet tercium dimidium mansum et quicquid amplius ibidem de bonis nostris inveniri poterit tam
 35 in agris viniferis quam frugiferis, pratis atque curiis, excepto feodo mei Arnoldi, quod dicitur Camergût, priori et fratribus de Steiga Argentinensis dyocesis pro

a) *T* aliqui inpetrauerint.